

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacmentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An vinum sine aqua. n. 84

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

calice totaliter congelatur ante Consecratio-
nem, nec habentur calices igniti : quibus
liquefieri valeat, queritur proinde, num va-
lide consecratur, Ratio dubitandi est ; quia
Aqua congelata non est materia Baptismi, li-
cer substantialiter maneat Aqua, igitur e si vi-
num congelatum maneat Vinum quoad sub-
stantiam, non tamen erit materia consecratio-
nis.

R E S O L U T I O : Vinum quomodo cum-
que conge'atum, etiam ante resolutionem,
potest valide consecrari. Ratio est : quia se-
cundum Ecclesiae intentionem in Missali de de-
fectibus in Missa occurrentibus, in Vino post
Conse rationem congelato manet Christus; er-
go eodem modo potest in similem materiam
induci Christus. Nec est paritas baptismi
cum Eucharistia : Ille enim consistit in ablutio-
ne sive usu Aquæ, qui usus haberi non potest,
quamdiu aqua glacies est : Eucharistia autem
est Sacramentum permanens independens à
potatione, unde licet vinum congelatum ut
tale non sit potabile, potest tamen in eo fil-
vari ratio Sacramenti secundum esse perma-
nens.

CONFERTIA VIII.

84.

Alexander I. Papa post S. Petrum scriptus E-
pist. ad omnes Orthodoxos, ait : Non debet,
ut à Patribus accepimus, in Calice Domini aut vi-
num solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque

D

pera

permixtum : Estne ergo utrumque de necessitate Sacramenti.

RESOLUTIO : Vino consecrando a modicissima admiscenda est , non necessitate Sacramenti , sed præcepti tantum , non Divini sed ecclesiastici , sub mortalitatem obligant . Ita habent expresse Rubricæ Missalis de defensionibus , nam Concilia Flor. & Trid. absclutè definiunt materiam hujus Sacramenti esse Vinum de vite , cui aqua admisceri debet , ita quidem ut Vinum consecretur , Aqua vero non prius conversa , in Vinum , consequenter est de necessitate Sacramenti sed præcepti , non Divini , sed Ecclesiastici ; quia de Divinò non constat : & Concil. Trid. simpliciter dicit , præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus , ut quam Vino in calice offerendo miscerent . Quoniam hoc præceptum sit obligans sub mortali , inde facile coniicitur , quia haec mixta ad representanda gravissima mylteria , ut per fluxionem aquæ & sanguinis ex latere Christi Crucis : item unionem hypostaticam Deitatem humanitate in Christo : & denique unitatem Christi cum Ecclesia . Deinde Theologi necessariò requirunt hanc aquæ mixtum , ut nullum admittant casum , quo licet inchoare Sacrum cum prævilo defectu aqua quam si oblitus es infundere suo tempore , posses postea supplere si adverras , etiam post consecrationem Hostiæ , non tamen consecra-

De Materia remota SS. Eucharistia. 51

jam vino , quæ utique omnia gravem obliga-
tionem insinuant.

CONFERTIA IX.

Edituus affert particulas consecrandas post 85.
*Orate Fratres , ante Præfationem , an licet Sa-
cerdoti eās acceptare & consecrare ? Ratio du-
bitandi est , quia Rubricæ M'ſſalis p æscribunt
hostias pro cōmunicantibus consecrandas
debetē poni super Corporale ante Offertorium ,
quatenus offerantur cum majori h'ftia.*

RESOLUTIO : eas licite consecrari (p̄a-
milla rāmen oblationē mentali) docent Dia-
n. p. 2. tr. 14. resol. 71. Gavant. apud ipsum :
Busenbaum tr. 3. c. 1. dub. 5. in fine. Et quidni
etiam modo adfint ante Conſecrationem , om-
nino cōcedunt Tamburin. & Gobat. apud pa-
eric. part. 2. n. 170. Ad rationem dubitandi Re.
Rubricas p̄aſcribere id , quod ordinariē fieri
ſoleat , & quod melius , non quod neceſſarium
eſt.

CONFERTIA X

Postquam Officiator in ſolenni ſacerdotio confe-
craret Ciborium plenum particulis ante canta-
tum Pater noster , adfuit aliis Sacerdos auſſe-
rens Ciborium pro cōmunicandis p̄oeniten- 87.
tibus , qui erant in magno numero , an recte fe-
cerit ? Videlur quod non , quia nondum ſunt
factæ ce & Cruces in canone p̄aſcriptæ ſuper
illæ particulas , ſed hiſ non obſtantibus .

P. Sacerdotem auſſerentem Ciborium in

D 2

gancæ